Sit omnibus notum quod Ego Arnaldus de torrente baiulus Monasterii sancti Danielis Gerunde. Recognosco vobis Jacobo de Ruppe clerico ecclesie sancti ffelicis Gerunde ac procu-
ratori generali Monasterii sancti Danielis Gerunde quod est michi satisfactum plenarie ad meam voluntatem a toto tempore quo Berengarius de boscho clericus Gerundensis fuit procu-
rator dicti Monasterii et per totum tempus quo vos fuistis procurator dicti Monasterii usque ad festum omnium sanctorum proxime preteritum ex illis ducentis solidis barchinonensium de terno
quos singulis annis recipio et recipere debeo quolibet anno super bonis dicti Monasterii racione iamdicte baiulie. Unde renunciando exceptioni plene satisfactionis non habite et non recepte de
predictis CC solidis michi debitis usque ad festum omnium sanctorum proxime preteritum a toto dicto tempore preterito citra facio vobis et bonis dicti Monasterii bonum finem et pac-
tum de ulterius non petendo, salvis tamen michi retentis Quadringentis solidis barchinonensium de terno de quibus vos michi fecistis instrumentum debitorium hodie in posse notarii subscripti.
Et ego Jacobus de Ruppe procurator predictus iamdictis consenciens laudo hec et firmo. Actum est hoc pridie Idus Novembris Anno domini Millesimo CCC° XX° octavo. Signum
Arnaldi de torrente baiuli. Signum Jacobi de Ruppe procuratoris predicti qui hec firmamus et laudamus. Testes huius rei sunt Bernardus Tornane scriptor curie
Gerunde et ffranciscus fferrarii Gerunde commorans.

Signum Arnaldi de manso notarii publici substituti auctoritate regia a Johanne de toylano publico Gerunde notario qui hec scribi fecit et clausit.

vall [illegible] demeles

n.º 604

Monastir. Apocha firma Arnau Sarrent Bar-
lla de St. Daniel a nal. procurador de St.
1116 Daniel de son salari li havia de pagar
dit convent per raho de del Batlle

A 12 9bre 1328.

T. 335 X 130

631